

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

De damiata et eius expugnatione. Principes christiani, quos olim tercij innocenti diligentia et lateranensis concilij decreta ad hierosolimam liberationem inflamauerat, in magnam coherat exercitu, qui partim terra, partim mari constantinopolim. Et inde cardinale colina sedis apostolice legato deducente, acconem se protulerant. Fueruntque primarij inter eos pceres andreas hugarie rex, venetorum nauigio fretus, quod libeter dederat, quia ius eis concessit quod in omni dalmacia regnum hugarie ad eam diem habuerat. Et dux austrie, heinricusque niuernensis comes. Et gualterius regis francie camerarius quibus iohannes hierosolime regi coniunctis, in concilio actum est, damiatam egypti urbem nilo contigua ut primam omnium caperent admittendum. Ea enim in parte facta apparebat cayrum et babilonem contiguas urbes amplissimas et comode occideri posse. Et interclusas comenatu facillime expugnari. Quo soldanorum gentis sarracene principum domicilio in christianorum partem factum futurum confidebant, ut omnia ea barbaries sarracena non solum hierosolima et terra sancta, sed orbe ipso terrarum exterminaret. Itum est itaque non magis cupientissimis quam confidentibus pcerum militumque animis. Et mense maio anni salutis duo devigesimi et duodecimes ceteri, damiate obsidione icchoata. Ea citas olim eripol a pertinace elio conditore appellata. Triplici muroque lateritio desitissimorum munimento cingitur. Quam nili annis pericula, ad romani tiberis magnitudine ambit, ut insulam sed oblongam arcumque efficiat. A babilone que noua itur ad damiatam versus orientem, distans ab ea diebus tribus. Itur quoque ad alexandriam occidentem versus distans a babilone diebus tribus per terram, sex per aquas. Porro usque ad damiatam septem diebus sunt a monte sinay. Sita est autem damiata inter mare et flumen nili, decoratur autem in xxviii, turribus altis, Adinorum turrium incertus numerus. Turris quoque erat pharea non quod crassitudine et celsitudine illi similis, quam ad pharon et nilum stante romano impio fuisse legimus, sed que suburbium et mercatorum apothecas ac publica horrea a pyratis nocturnisque perdonibus tutaret, quapropter sub nostri exercitus accessum addidit soldanus suburbio utriusque presidia et munitiones undique instaurauit. Eas dum nostri appugnarent munitiones turrumque undique machinis quatiunt, multi per dies singulos cecidere, cum tamen ea maior in barbarie occisio committeret. Eucitque fortissimorum ex omni prouincia alternis pugnantium nostrorum virtus. At post quintum mensem quam gallici in soldanum male pugnauerant pauci milites exploraturi custodes altum sopitos esse aut per errorem ab esse percipientes socios aduocant, scalas comportant, portam securibus malleisque refringunt. Accurrentes que ex sarracenis strepitum exaudiuerant confossi. Christianique interim patente ingressi porta, urbe potiti sunt. Anno tandem dimidio atque integro postquam fuerat obsessa, portis ubique munitionibusque christiano militi ad custodiam attributus. Prima vero omni machonaria urbis primaria in gloriose virginis dei genitricis ecclesiam instaurata, ac in episcopium dedicata est. Habuit per id tempus damiata amplissime opulentissimeque ciuitatis speciem, repertamque in ea rerum omnium copiam auri argenti que ditissime suppellectilis vim maximam, legatus regesque et duces exercitus militi christiano equa distributione largiti sunt. Quin etiam de agrorum diuisione in tempore facienda actum est.

Damiata

